

potentissimam sub habitu Mulieris bellatrix sole, luna & stellis vestitam; & puriorem, cujus fortitudo Deus homo illi erat ad profligandos adversarios validissimos quosque; atque a Christo Domino, ac Christi parente eo fortitudinis nomine proclamatis, Gabrielis cognomen tum sibi peperit: fortis homo Deus: Mariae fortitudo Deus.

Illustrissimum Isaiam Simonium cap. 51. 9.

LXX.

Ex Hebraeo.

171

S. Cyrill. Peculiaris expositio de justitia originali restitutione per novum Adam, & novam Evam.

536 Hic jam expendo nobile Isaiæ vaticinium cap. 51. 9. *Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Num quid non tu percussisti superbium, vulnerasti Draconem?* Dei hominis ac Deiparæ fortitudinem in profligando stygio Dracone, Vates proclamat, quam proclamat etiam suo cognomine Gabriel. Rem difficilem aggredior. Expendeda verba, ut sensus clareat, & ardeat. LXX. Interpretes sic vertunt: *Exurge, exurge Jerusalem, induere fortitudinem brachii tui: exurge sicut in principio diei, in generatione seculi, vel sicut generatio seculi.* In aliis Codicibus legitur; *Exurge generatio seculi.* Castro effert; *Exurge generatio seculorum, id est, generatio seu reformatio seculorum.* Ex Hebræo ad verbum sic transferas: *Exurge, exurge Jerusalem, & induere fortitudinem brachii tui: exurge sicut in principio diei, sicut generatio sempiterna. Nonne tu es, quæ excidisti latitudinem, dissolvisti Draconem?* Alii Græci Codices habent: *Nonne tu es, quæ conscidisti superbiam, prostravisti Draconem?* Ut vides, & observant hic expositores tota oratio suppositum exigit femineum. Neque id potest esse Jerusalem, cujus nomen, utpote suppositivum, obelo prænotandum est, doctrina S. Hieronymi; quia in Hebræo non extat. Alii, in quibus Leo Castrius, putant, hæc verba feminina referenda ad illa, quæ immediatè præcesserant; *Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet:* at verò salus, & justitia feminea sunt: & licet salus, vel salutare, ut LXX. legunt, sit Jesus, Jesus genere etiam feminino dicitur, ut sapientia, justitia, & redemptio. Alii verò, cum videant Brachium Hebræis esse *zeroagh* femininum, ajunt, illud suppositum esse, cui sequentia verba reddantur etiam feminina; *Quæ conscidisti superbium, prostravisti Draconem.* Ita nos- ter Sanctus cum aliis.

537 Verum-enim verò, mentem Sancti Cyrilli hauriamus in Commentar. hujus loci ita scribentis: *Excitare velut in principio Dei, in generatione seculi, ut eò recurras, & redeas, ubi fuisti ab initio, quando ad essentiam producta est natura humana; videlicet primus homo, antequam captus esset laqueis pervertitatis diabolicæ, & nibili fecisset datum sibi mandatum. Refingit enim in illum nos Christus, & antiquam naturæ pulchritudinem nobis iterum inscribit, suum quasi characterem imprimens; facti enim eramus ad imaginem, & similitudinem ipsius. Peculiarem tenet Cyrillus expositionem, totamque apostrophem ad Jerosolymam Evangelicam cum LXX. quibusdam Codicibus convertit: quam ego expositionem haud omnino respuerim; sic enim Ecclesiæ totum negotium excisi olim in principio diei, antiqui Draconis ad Virginem Matrem referendum est ab Isaiâ sic prædictam, nec primæ transgressionis delicto commaculatam. Licet malim cum Vulgato*

apostrophem ad Christum fieri, qui & brachium Domini, & salus, seu salutare, id est, & justitia nostra nuncupatur: ille enim per ejus Matrem Deiparam, Draconem contrivit, & naturam humanam ad pristinum statum restituit.

538 Utcumque tamen illud sit, à Cyrillo docemur, idque ex ejus expositione addiscimus, nempe his Isaiæ verbis primum illum justitiæ originalis felicissimum statum repeti, ejusdem restitutionem & renovationem repeti, novam humanæ naturæ reformationem restitui, qua nimirum novus Adam, novaque Eva primævam illam pulchritudinem recipiant, quam ante primum peccatum primi Parentes præ se ferebant, nondum scilicet divinam legem transgressi; quæ expressa est Cyrilli sententia. Cui concinunt tum Isaiæ verba in illo vers. 9. *Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum:* sive ex LXX. *Exurge sicut in principio diei, sicut in generatione seculi:* tum etiam quæ paulò antè vers. 3. de novo paradiso adornando prædixerat: *Consolabitur omnes ruinas ejus, & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus sicut hortum Domini.* Lxx. vertunt; *quasi paradysum Domini.* In quibus omnibus nemo profectò sit, qui humanæ naturæ alteram creationem, qui alterum paradisi beatissimum illum statum sub Christi in carnem ex Deipara Matre Virgine adventu, institui hoc loco non videat. Porrò hoc semel statuto, nemini dubium esse poterit, quis Adamus, quæ Eva intellecti essent futuri, non hujus orbis auctores, atque Parentes, qui totam justitiæ, & sanctiatis felicitatem ab ipsa sua creatione fortentur, ut meritò Isaias dixerat vers. 3. denuò paradysum fuisse condendum, & ruinas Adamicas restaurandas: & v. 9. diem illum antiquum reperendum, primam fuisse humanæ naturæ productionem revocandam, & quidem nondum divinæ legis transgressionem deformatam: & vers. 16. coelos iterum plantandos, terram rursus plantandam. Quæ omnia magnam, primamque rerum omnium renovationem, & repetitam humanæ naturæ creationem præ se ferunt.

539 Si verò illorum menti applaudimus, qui suppositum femineum esse arbitrantur vel brachium, vel salus, salutare, Jesus; & justitiâ, id est, Christus; esto sanè utrumque sit verum; tamen quæstioni locus est, cur si ve suppositum, si ve consultò reliqua etiam oratio exquisita fuerit tam feminea, cum de contrito quondam in paradiso serpente sermo esset? An sicut Moyses eo vaticinio Genes. 3. 15. *Ipsa conteret caput tuum,* cum Virginem Deiparam serpentis caput obruturam prædiceret voces masculinas consultò usurpavit, (nam Hebraicè *hu* est ipse, & verbum *Jasuph* generis est masculini:) ita Isaias, cum Christum prædiceret idemmet facinus perpetraturum, femineis vocibus meditatio ulus est? An, inquam, sicut Moyses eo masculinarum vocum artificio significavit, Virginem Masculino, heroico, imò divino robore contrituram Draconem, sed mascula filii sui virtute communitam; ita Isaias prædixit, Filium Virginis prostraturum fuisse eundem draconem, sed ex femina, & per feminam, & in femina matre immaculata, & sanctissima? Certè quidem in tam exacta rerum collatione conditi primum Christiani mundi cum condito primum orbe, Ecclesiæ cum paradiso, huma-

Isai. 51. 9.

171

לורו

דורו

Prov. 9. 1.

Michæ 5. 2.

S. Thaum.

humanæ ruinæ cum erectione omnium ruinarum, prostrati Draconis cum contrito serpente capite, in tam aboluta, inquam, rerum similitudine, & collatione haud inconsultum mihi videbatur, ipsasmet Isaiæ voces, syntaximque totam femineam, Masculæ etiam Moysis illi constructioni respondere; idemque mysterium ab utroque Vate ingeniosè fuisse indicatum; atque Moysen significasse, Virginem mascula filii virtutem usuram; Isaias verò filium femineam ejusdem Virginis Matris usurum virtute divinitus collata, quia immanem illum Draconem strangularet.

540 Juvat seorsim nomen illud *Doroth*, id est *generationes*, sive juxta LXX. *generatio*; quod non absque singulari defectu usurpasse videtur Isaias. Est enim *doroth* feminea generatio: quæ in tam accurata vocum, ac rerum collatione, in tam diligenti vaticinandi studio, mysterio certè vacare nequivit: præsertim cum in versu immediatè præcedenti idem nomen in genere masculino usurpaverit Isaias: *dorim: & justitia mea in generatione generationum.* Cum, inquam, statim in hoc versu prædicturus Draconis necem repente genus mutaverit, femineæque meminerit generationis; haud inconsultò quidem fecisse credendus est. Porrò, ut prædiceret invictam feminam exituram, cujus unius, inter filios Adæ, generatio, & productio antiqui serpentis caput contereret; & per quam Dei brachium divinâ induum fortitudine Draconem illum sevisimum prosterneret. Preme verba: *Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus (doroth) seculorum. Nonne tu es, qui percussisti superbium, vulnerasti Draconem?* Vel ex Lxx. *Exurge sicut in principio diei, in generatione sempiterna. Nonne tu es, quæ conscidisti superbiam; prostravisti Draconem?* Principium diei, id est, orbis nascentis, supra cum Cyrillo exposuimus: eodemque pertinet generatio sempiterna, seu antiqua, vel à seculo, aut in generatione seculi. Igitur femineæ generationis tam accurata recordatio, eo tempore & occasione, quando de conterendo veteri serpente sermo erat, non alia de causa videri facta esse, quam ut invictissimam Mulierem portenderet Isaias, cujus immaculata conceptio seu generatio Draconem perderet stygium. Sic Christus, justitia, salus, & brachium Domini exurexit suâ induit fortitudine; sic Draconem per Christum Maria, & per Mariam Christum contrivit. Neque obstat, quod Vulgatus generationem Deiparæ plurali numero nominaverit; id enim amplificandæ Marianæ Conceptionis causa factum est: nam quæ commendata maxime cupimus, licet singularia sint, pluraliter nominamus Prov. 9. 1. *Sapientia edificavit sibi domum.* Hebraicè, *sapientia*, quia una Dei sapientia omnibus præstat sapientius. Michæ 5. 2. *Egressus ejus ab initio.* Hebraicè, *egressiones*, excellentiæ causâ. Vide Riberam ibi num. 38. & Zachar. 6. 31. & Pinedam Ecclesiast. 10. 18. Ita Deiparæ generatio, & conceptio, una cum sit, pro omnibus exitit; propterea plurali numero insignita. Verè enim à S. Gregor. Thaum. Orat. 1. de Annuntiat. B. Mariæ dictum est: *Ex omnibus generationibus, hæc sola Virgo sancta corpore, & spiritu genita est.*

541 His positus pro obscuro vaticinio Ma-

rianæ immunitatis, assero institutum nostrum illustrans; in illis Isaiæ verbis, & signatius juxta LXX. Interpretum lectionem; *Exurge sicut in principio diei, sicut generatio sempiterna*, duplicem Deiparæ victoriam commemorari; primam in die primo mundanæ creationis; secundam in ultimo patratam. At qui principio diei attribuit Vates juxta Vulgatum Interpretem, superbi percussorem; generationi verò sempiternæ adscribit Draconis contriti vulnus. Namque nota hæc est Sacræ Scripturæ partitio, ut cum duo simul proposuerit, mox simul etiam attributa soleat bina subicere, quorum alterum alteri parti ex ordine respondeat. Igitur quod hortatur: illud est, ut, *sicut in principio diei, superbium excindat*, primam illam recolet Mariæ victoriam primo creationis die de Luciferò revectam: is enim superbus per antonomasiam est in sacris literis. Illud etiam principium est diei, quo scilicet ille recens conditus cum perduellionibus Angelis cælo cecidit: nam primo creationis die & creatos, & lapsos & profligatos fuisse, certior est Theologorum antiquorum doctrina, quos latè recenset Ascarius in Glossa magna de rebus gestis in prima die, à folio 187. De secunda verò victoria ex contrito Dracone à Deipara parta, nonnulla diximus supra 1. p. Sectio. 3. & 4. Igitur quod Sanctus Cyrillus relatus ibidem Sect. 10. dixit diabolus per Mariam cælo excidisse, Isaias explicatius confirmat, primi diei initio id peractum; tunc enim superbium illum ab hac Femina fortissima excisum. Dum autem utramque victoriam conjunctum celebrat Isaias, alteram in cælo de Luciferò, alteram in paradiso de Dracone revectam, haud obscure utramque ab immuni Heroïna relatum significat; primæ enim clarè adstipulatur secunda, in qua nequissimi Draconis per mulierem contritum est caput, id est, originale peccatum, per Virginem anticipatâ calcanei conculcatione superatum. Itaque quod imagine olim adumbratum Genes. 3. quod symbolis præscriptum fuerat, obsecrat Isaias ut executioni tandem mandetur: *Exurge, ô invicta femina, sicut in principio diei, sicut generatio sempiterna. Nonne tu percussisti superbium, vulnerasti Draconem?* Et quia victoria hæc non nisi Dei hominis fortitudine invictissimâ referenda erat, propterea hortatur Vates, ut Dei brachium, qui Christus est, fortitudine se induat: *Induere fortitudinem brachium Domini.* Quæ etiam fortitudine, atque constantiâ Virgo Mater induta arduum opus aggressa est cum triumpho: *Induere fortitudinem brachii tui.* Ecce ergo quò spectet Gabrielis nuncium, & nomen: *fortis homo Deus: seu fortitudo mea Deus.* Ideò legatus mittitur utriusque Conceptionis & Dominicæ & Marianæ.

§. III.

Quid Angeli in Deiparæ Conceptionem contulerint.

542 Sanctus Anselmus in Epist. ad Episcopos Angliæ, & Orthodoxos, *Ipsè*, inquit, *animarum creator animam suam matris, dignam sanctissimo corpori ejus Angelis ministrantibus, copulavit.* Joannes Turrecrem. in cap. Pronunciandum. De consecratione d. 3. dum

Duplex Deipara victoria & in die primo mundanæ creationis, & in die concep-tionis suæ.

S. Anselm.



dum contendit Epist. non esse Sancti Anselmi, hoc argumento utitur; quia ejus auctor ait, Mariæ animam sanctissimo corpori, Angelis ministrantibus, à Deo fuisse copulatam: quasi velit Anselmus, Angelos aliquid in animæ creatione, & unionem contulisse. Sed tanti Doctoris mens Catholica est; neque ab Angelis animam creatam, neque ab ipsis Marianam corpus compactum asserit, sed circa seminariam materiam aliquid ex divina voluntate peregrisse; qua ratione explicat ipse Archangelus Gabriel in revelatione S. Amadeo facta, atque ab eo recitata Raptu 4. novæ Apocalypsis in hæc verba: Scito, & animadvertite, amice Dei, me Gabrielem, & alios socios meos quamplurimos, nocte illa, qua Genitrix Domini nostri fuit concepta, adfuisse, & cooperatos fuisse miro, & ineffabili modo circa materiam conceptionis illius purissimam. Et paulò post subterit: Nos ad dispositionem, & seminis, & sanguinis, & corpusculi illius multa, prout potuimus, fecimus; purgando, abluendo, refecando, tribuendo, benedicendo, & sanctificando quantum poteramus, & quanta nostra virtus se extendebat. Ad lacerymas quoque Sanctorum & desideria respiciebat Deus. Voluit enim nos pro modulo nostro esse suos coadjutores ad hoc ut major amicitia esset inter nos, & ipsos. Et paucis interjectis, sic dilucidè: Nobis coassistentibus, illud Joachimi mundissimum semen transmissum est in uterum Annæ, & disposita, & omnino mundata cellula illa, & sanguine ipsius Annæ puriore, ac perfectiore, ministerio nostro, segregato, purificato, & in ipsa cellula reposito, & semini Joachimi unito (commixto, & temperato) illi sanguini, ultra mellissimam calorum influentiam, nos multa disponendo addidimus. Perpendenda omnia diligenter, ne finitè Archangelus verba quis accipiat, atque Angelicæ virtuti plus nimium in conceptione Deiparæ velit tribuere, quam vel Philosophia, vel Theologia permittat.

Circa seminariam materiam aliquid peregrisse Angelis in Conceptione Mariana. S. Amadeus.

Ex Joachimi semine, & Annæ sanguine Marianum foetum coagmentatum statuit, consonat omnino Peripateticorum, & Thomistarum sententiæ, cui multi applaudunt. Utrumque principium signatissimè diffinit Salomon Sapient. 7. 2. pro humani foetus elaboratione. Vide Pinedam nostrum lib. 1. de rebus Salomon. cap. 11. & S. Thomam, ejusque commentatores 3. p. q. 31. a. 5. & q. 32. a. 4.

Quæ impedimenta offere solent, ne foetus feliciter coagmentetur.

543 Nam quòd ex Joachimi semine, & Annæ sanguine Marianum foetum coagmentatum statuit, consonat omnino Peripateticorum, & Thomistarum sententiæ, cui multi applaudunt. Utrumque principium signatissimè diffinit Salomon Sapient. 7. 2. pro humani foetus elaboratione. Vide Pinedam nostrum lib. 1. de rebus Salomon. cap. 11. & S. Thomam, ejusque commentatores 3. p. q. 31. a. 5. & q. 32. a. 4.

544 Quòd autem Archangelus ait de seminis, & sanguinis purgatione, ablutione, refecatione, segregatione, & dispositione, examinandum exigebat, quænam impedimenta officere potuissent, quominus sanctus foetus Marianus feliciter coagmentaretur. Qua de re vide Lucretium lib. 4. de natura rerum, ubi accidentariæ sterilitatis plures causas assignat; sanguinem foemine plus justo liquidum, aut tenuem, plus æquo crassum, utriusque feminalis materiæ virilis, foemineæque sympathiam, proportionem, & harmoniam. Adde Aristot. lib. 2. de gener. animal. cap. 4. ubi docet, partem feminis virilis, quæ conceptioni apta sit, puram fore, plurimo interrim humore, vel foemineo, vel masculo, utpote seu crudo, seu morbofo, rejecto. Hippocrates verò 5. Sententia. inter conceptionis impedimenta recenset uteros præhumidos, aut frigidos, aut spissos. Vide etiam Maguum

Albertum lib. 16. de Animabus. Ut sic appareat quàm occupati, quàm solliciti Angeli providerent, ut Annæ uterum expurgatissimum redderent; ut virile Joachimi semen, & foemineum Annæ sanguinem depurarent; ut rusticiora, agrestiora, crassiora, foeculentiora quæque excernerent, quo Joachimi semen defœcatissimo Annæ sanguini harmonicè attemperaretur. Hoc ipsos, hæc removendo, illa verò admovendo, impigrè præstitisse certum est. Neque enim aut femina agendo commissuisse (quod parentum generantium est) in uterum compegisse sacrum foetum, in organa, aut membra distinxisse potuerunt. Exemplum esto sumptum ex formatione Evæ, & ex ultima corporum resurrectione. Ad molitionem corporis Evæ aliquid conferre potuisse Angelos docent Sanctus Augustinus lib. 9. de Genes. ad litt. cap. 15. & lib. 3. de Trinit. cap. 8. 9. & 10. & lib. 4. cap. 40. & S. Thom. 1. p. quæst. 91. art. 2. Magister 2. dist. 18. cap. 1. Abulens. in cap. 13. Genes. quæst. 395. Ad corporum verò resurrectionem, cineres hominis ejusque à proprio Angelo custode colligendos, item docet S. Thom. ibidem ad 1. & 1. ad Theosal. 4. lectione 2. Sanctus Augustinus 3. de Trinit. cap. 4. & 5. Sanctus Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 5. S. Chrysof. Homil. 8. in 1. ad Theosal. quos sequuntur juniores Theologi. Utrouque exemplo manducari possumus, ut intelligamus, quidquid Raphael Mariæ custos cum aliis sociis Angelis ad sanctissimæ proles concipiendæ dispositiones præstiterint, id ita præstitisse, ut integras partes suas tum creatori Deo, tum Parentibus naturalem generationem relinquentes, vel prohibentia quominus materia purgatissima suggereretur, studiosissimè removerent; vel passiva, ut aiunt, atricibus virtutibus commodius applicarent.

Angeli solliciti in formatione corporis Mariani.

Quid Angelis in formatione hominis præstitit, quod in corporum resurrectione præstabitur.

545 Illud paulò difficilior, quòd addit Gabriel; Nos ad dispositionem, & seminis, & sanguinis, & corpusculi illius, multa, prout potuimus, fecimus purgando, & benedicendo, & sanctificando. Quidnam hoc? Gabriel, & ejus socii semen Joachimi, & Annæ sanguinem benedixerunt? Maximè. Benè precati sunt, felicitatem omnem, ac prosperitatem tantæ conceptionis principis illis obtestati. Quidni? Novumne aut insolens est, Angelum humanis rebus benedicere? aut Angelica benedictio irrita? Nonne Moyses è vivis decessurus Josepho benedicens, dicebat Deuter. 33. vers. 16. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph? Illum verò Angelum fuisse testatur Stephanus Actor. 7. Nonne Jacob, cum Angelum luctatorem teneret, benedictionem exoravit? Genes. 32. Gen. 32. 26. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et Jacob Ephraimo, & Manasse ajebat Genes. 46. v. 16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Porrò cum duplex accidat benedictio, & re, & voce; effectu, & voto: primo modo qui benedicit, benè etiam facit; secundo modo benè precatur. Primus modus ad Deum providentem pertinet, cujus nutibus prospera cuncta dispensantur. Secundus & ad homines, & Angelos propriè spectat, cum tamen Deus ad benedicendum, benignèque faciendum & homine, & Angelo ministro uti soleat, eoque nobiliori ministro, quo benignius facere decrevit. Inde fit, ut Angelo, tanquam Dei ministro,

Quæ ratio sanguinis, & corpusculi illius, multa, prout potuimus, fecimus purgando, & benedicendo, & sanctificando. Quidnam hoc? Gabriel, & ejus socii semen Joachimi, & Annæ sanguinem benedixerunt.

Deuter. 33. in rubo, veniat super caput Joseph? Illum verò Angelum fuisse testatur Stephanus Actor. 7. Nonne Jacob, cum Angelum luctatorem teneret, benedictionem exoravit? Genes. 32. Gen. 32. 26. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et Jacob Ephraimo, & Manasse ajebat Genes. 46. v. 16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Porrò cum duplex accidat benedictio, & re, & voce; effectu, & voto: primo modo qui benedicit, benè etiam facit; secundo modo benè precatur. Primus modus ad Deum providentem pertinet, cujus nutibus prospera cuncta dispensantur. Secundus & ad homines, & Angelos propriè spectat, cum tamen Deus ad benedicendum, benignèque faciendum & homine, & Angelo ministro uti soleat, eoque nobiliori ministro, quo benignius facere decrevit. Inde fit, ut Angelo, tanquam Dei ministro,

ministro, benedictio priori modo sumpta tribuatur, id est, cumulatissimum quodque beneficium. Inde Jacob optat, ut Angelus ille, quem erga se beneficentissimum fuerat expertus, nepotibus benediceret. Inde Moyses, Angeli illius, qui Dei nomine apparuit in rubo, uberrimam benedictionem Josepho deprecatur. Igitur Gabriel, si à Deo deprecatus est ut sanctissimæ Annæ foetui benediceret, si tantus Dei minister à summo largitore benedictionem obtinuit, ejusque nomine illam largitus est, quam illam cumulatissimam fuisse putabimus? Adde ceteros Angelos, quos sibi socios ascrivit, certatim benedixisse, purissimamque materiam sanctis precibus, ac benedictionibus onerasse.

Quo sensu materia Mariani corpusculi sanctificari potuit, & ab Angelis.

546 Sed illud arduum magis, quòd præterea utramque conceptionis sementiam materiam à se sanctificari adjecit Gabriel: & sanctificando. Quid hoc? An semen, an sanguis sanctificationis capacia? An Angeli sanctificare potuerunt? Certè sanctificationis nomen latius patere, quàm ut ad propriam sanctitatem, quæ animam Deo gratam, & amicam reddit, significandam ardeat, certum est. Sanctificatum enim dicitur in sacris litteris, quòd sancto cuique muneri addictum, & definitum est. Sic Isaac 13. vers. 3. Perfæ sanctificatur ad sanctum bellum contra nefarium Babylioniorum imperium ineundum. Sic Primogenita Deuteronom. 15. vers. 19. sanctificari Domino jubentur. Sic Templum sanctificatum à Deo dicitur 3. Regum 9. vers. 3. Vide Exod. 13. vers. 2. & cap. 23. 33. Asserit ergo Gabriel, sacrosanctum foetum nondum animatum ex Joachimi semine, Annæque sanguine compactum, à se suisque comitibus Angelis sanctificatum fuisse, hoc est, sanctissimæ animæ destinatum, ut ex utroque puella illa extaret, Angelorum hominumque Regina, quæ Deum esset utero exceptura. Lege Ambrosium Catharinum in Disput. pro veritate immacul. Concept. B. Virg. parte 1. cap. 7. ubi sapienter explicat qua ratione potuerit sanctificari semen ad Deiparæ generationem.

Corpus, & caro Deiparæ sancta, immaculata, & sanctitate compacta. S. Gregor. Nezianz. S. Basil. S. Thaum.

547 Hinc summi Ecclesiæ Doctores semen illud, vel corpus nondum animatum sanctum dixere, & immaculatum. Damascenus Orat. 1. de Nativitate Beatæ Virginis: O beatos Joachimi lumbos, ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit! Mox factum sanctissimum dicit Sanctus Gregorius Theologus Epist. ad Nemesium, Mariæ carnem dum instar sacrarii divini extrueretur, sanctum templum appellat. Sanctus Basilus Orat. de Christi Nativitate. Mariæ carnem ex sanctitate compactam. Sanctus Gregorius Thaum. Sermone de Annuntiatione: ex omnibus generationibus hæc sola Virgo sancta corpore, & spiritu genita. Similia habent S. Augustinus Serm. de Nativitate Virginis. S. Ambr. Serm. de eadem. S. Petrus Damian. Serm. de eodem festo, & S. Fulbert. Carnot. Sermone de eadè solemnitate.

§. IV.

Ostenditur sacrosancta Maria corpori concipiendi, celos, caelestiaque lumina, pro innatis viribus, egregiè favisse, non absque Angelorum opera.

548 Non hinc abeam, quin iterum premam illa Gabrielis Archangelus verba ad P. Ildeph. de Flores in Eccles.

S. Amadeum, §. præcedenti relata. Illi sancti S. Amad. guini (Anna scilicet) ultra mellissimam calorum influentiam, nos multa disponendo addidimus. Expendo illud, ultra mellissimam calorum influentiam: quòd significat, caelestes orbes cum astris, imaginibusque suavissimè in Mariæ Conceptionem influxisse. Certè non absque accurata Gabrielis, & sociorum caelestium industria. Ut enim latè probant Conimbricenses nostri ad 2. de celo cap. 5. quæst. 5. 7. & 8. caelestium orbium motiones ab Angelis peraguntur; qui utpote divinæ providentiæ administris, sic eas attemperarunt motiones, ut conceptioni corporis Mariani benignius, utilius, suavius, juxta propriam cujusque orbis, signi, Planetæque naturam, famularentur. Rem enucleo, & illustro.

Celestium orbium motiones peraguntur ab Angelis.

549 Etenim quamvis Genethliologiam facultatem & Patres antiqui, & juniores Theologi meritò explodant, eam tamen Astrologiæ partem, quæ caelestibus corporibus veram ac physicam efficientiam in corporum humanorum generationem, & conceptionem concedit, iidem Patres, & Doctores probant. Theodoretus quæst. 5. in Genesim, Hugo Victorin. in cap. 7. Genesim, Damascen. 2. Fid. cap. 7. Sanctus Thomas 3. contra Gent. cap. 85. & sequent. & in Opusc. 26. de Judicis Astrorum ex August. 5. de Civit. cap. 6. Beda lib. de Mundi caelestis constitut. & in Prognosticis temporum. Idem Thomas 2. dist. 15. quæst. 1. art. 1. ad 2. & de spiritualibus creaturis a. 8. ad 12. Vide nostrum Christophorum Castrium in Ilagoge ad Prophetas lib. 1. qui est de Vaticinio, cap. 3. 7. 10. 12. 13. & Conimbricenses de Cælo cap. 3. quæst. 1. 2. 3. Cum igitur tum ab antiquis, tum à recentioribus Theologis concedatur, caelestia corpora in sublunarium generationem re vera influere, atque ex ipsorum influxibus humanis conceptibus impressis, multa posse præcognosci ad hominum dumtaxat propensionem pertinentia; haud alienum ab instituto nostro putabam, si Mariano corpori concipiendo celos, caelestiaque lumina, pro innatis viribus suis, egregiè favisse, demonstrarem.

Conceditur à Patribus illa Astrologiæ pars, quæ caelestibus corporibus physicam attribuit efficientiam in humani corporis generationem.

550 Albertus Magnus in speculo Astronomico cap. 12. & 14. illud nobis principio statuum, ait: à prima nempe foetus conceptione astrologicum hoc sumendum judicium. Si vir sapiens sciat, hæc vel illa nocte talem conjunctionem, aut oppositionem futuram, quæ noxias gereret in corporibus dispositiones, cur non cavebit tunc cum uxore commixtionem habere, ne filius nascatur male dispositus? Curve non poterit eligere tempus ad coeundum aptum, quo videt beneficam futuram constellationem, quæ bonas producat in foetu dispositiones? Et S. Thomas Opusc. 28. quòd est de Fato cap. 4. Circulus, inquit, caelestis continet decorem formæ, & datorem sensus, & intellectus, qui Yles, & Achajo dicitur à Mathematicis; aliter enim non esset mensura totius vite, quia principium vite non includeret. Hora autem principii omnium est hora casus seminis in matrice. Quibus perperis Castrius noster lib. supra citato, cap. 10. docet, posse quidem ex hora conceptionis cognosci, hominem esse ad hoc, vel illud propensum, quo illum caelestes vires in ejus generationem influentes, inclinarent, licèt de liberis actionibus, atque de adversa, vel

A prima foetus conceptione sumitur Astrologicum judicium. Albertus Magnus. S. Thom.

550 Albertus Magnus in speculo Astronomico cap. 12. & 14. illud nobis principio statuum, ait: à prima nempe foetus conceptione astrologicum hoc sumendum judicium. Si vir sapiens sciat, hæc vel illa nocte talem conjunctionem, aut oppositionem futuram, quæ noxias gereret in corporibus dispositiones, cur non cavebit tunc cum uxore commixtionem habere, ne filius nascatur male dispositus? Curve non poterit eligere tempus ad coeundum aptum, quo videt beneficam futuram constellationem, quæ bonas producat in foetu dispositiones? Et S. Thomas Opusc. 28. quòd est de Fato cap. 4. Circulus, inquit, caelestis continet decorem formæ, & datorem sensus, & intellectus, qui Yles, & Achajo dicitur à Mathematicis; aliter enim non esset mensura totius vite, quia principium vite non includeret. Hora autem principii omnium est hora casus seminis in matrice. Quibus perperis Castrius noster lib. supra citato, cap. 10. docet, posse quidem ex hora conceptionis cognosci, hominem esse ad hoc, vel illud propensum, quo illum caelestes vires in ejus generationem influentes, inclinarent, licèt de liberis actionibus, atque de adversa, vel

P. Castro.

N prof.